

231.

1225.

Wisby.

Bisk. BZNGRS i Linköping tillåtelse för Tyskarne, som i Wisby uppbyggt en åt Jungfru Maria af Biskopen invigd kyrka, att till densamma välja Kyrkoherde; med rättighet för främlingar att derstädes njuta grafplats, men för Borgerskapet endast så vida deras egna Prester derigenom icke förnärmades.

D. a. 3: 703. \*) 541.

Universis Christi Fidelibus Visby applicantibus <sup>1)</sup>. B. Miseratione divina Lincopensis Episcopus, salutem cum orationum devotione. Ne res gestæ nostris temporibus elabantur a memoria, ipsas literis nostris Posterorum volumus memoriæ commendare, constructa Ecclesia per Manus Theutonicorum fundatorum rogatu ipsam ad honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ VI<sup>o</sup>. kalendarum Augusti dedicavimus. Burgensium Petitiones in his admittentes, In quibus sacris canonibus non adversantur, concessimus ipsis, Ecclesia vacante, salvo honore nostro, Nostrorumque Successorum, libere eligere Sacerdotem, Dummodo sibi per manum nostram cura committatur Animarum: hospitibus vero venientibus et recedentibus, concedimus locum sepulturæ, ubi sibi providerint in extremis. De Burgensibus, si ibidem elegerint sepulturam, ne fiat in præjudicium aliorum Sacerdotum, sic statuimus, ut Accito sacerdote Parochiali, et Testibus Ydoneis, cum laborant in extremis, ad Prædictam Ecclesiam, si placuerit, eligant sepulturam. Tali interposito tenore, ut Presbyter Parochialis, in die exequiarum, et in septimo, et in tricesimo, et in Anniversario, oblationem pro Anima Defuncti percipiat, secundum quod visum fuerit hiis <sup>2)</sup> Heredibus. Statuimus etiam, ne quis Prælatus vel Præpositus, eandem recludere præsumat Ecclesiam, nisi forsitan effusione sanguinis Polluatur, et se reconciliari renuerit. <sup>3)</sup> Datum wisby Anno Domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.XXV.

\*) Upptagen i den vid följande N:o 232 anmärkta vidimationen.

1) *Förestående uteslutes* D. a. 3. 541.

2) *suis visum fuerit.* *anf. st.*

3) *De Elemosina vero in manibus Teuthonicorum collecta, quia ab eadem primitus fuit fundata, precipimus ut nullus nautarum ipsam præsumat subtrahere, vel ad alias Ecclesias distribuere, nisi sub excommunicacione.* *Tillsättes anf. st.*